rporτεcγεγ · Cum antiquo sene supraedicent. Expl;

INC AD EUNDEM:

Importuna in euangelio mulier tandem meruit audiri &
clauso cum seruis ostio media lic& nocte ab amico panes amicus
accepit. Dns ipse qui nullis contra se superari uiribus potest
publicani precibus uincitur. Nineue ciuitas quae peccato
perit. fl&ibus st&it. quorsum ista tam longo rep&ita
principio uidelic& ut paruum magnus aspicias ut diues par
tor morbidam non contemnas ouem; xps in paradisum
de cruce latronem tulit. & ne quis aliquando seram conuer
sionem putar&. fecit homicidii poena martyrium. xps
in quam prodigum filium reuertentem la&a tus amplec
titur. & nonaginta nouem sanis pecodibus derelictis. una
ouicula quae manserat. umeris boni pastoris aduehitur.
Paulus ex persecutore. fit praedicator. oculis carnalibus excae
catur. ut mente plus uideat. & qui uinctos xpi famulos duce
bat ad concilium iudaeorum. ipse postea de xpi uinculis glo
riatur. ego igitur ut ante iam scripsi xpi uestem in roma
na urbe suscipiens nunc barbaro syriae limite teneor & ne
putes alterius hanc de me fuisse sententiam quid mere
rer ipse constitui. uerum ut ait gentilis po&a caelum non
animum mutat qui trans mare currit. Ita me incessabi
lis inimicus post tergum secutus est. ut maiora in solitu
dine bella nunc patiar. hinc enim praesidiis fulta mundi.

BIB. DE LA VILLE DE LYON

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_133_98R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4985)